Dagegen scheinen beide dieselbe Vorlage gehabt zu haben. Drei Punkte weisen darauf hin. Zunächst der gleiche Irrthum in der Datirung des Konzilsanfanges; B hat IXIX <sup>1)</sup> C zuerst XXI dann XIX. Ferner haben beide an den meisten Stellen dieselben Lücken, besonders bei polnischen Namen, oder beide haben Schreibweisen, die sich nur aus derselben undeutlichen Vorlage erklären lassen. Schliesslich haben beide (B auf fol. 148, C fol. 229) die Bemerkung: *Hec continentur infra folio duodecimo ad signum o*. Diese Angabe passt für keine der beiden Handschriften.

Dagegen hat die korrigierende Hand in B an ein paar Stellen die Lücken ausgefüllt, so fol. 17 per *juramentum* firmata; in C blieb die Lücke.

Steht es nun fest, dass beide Hdschriften aus derselben Quelle stammen und scheint es, dass die korrigierende Hand in B aus dieser Quelle ihre Korrekturen nahm, so wird dadurch das Gewicht ihrer Behauptung über den Verfasser um so grösser, zumal wenn noch der Charakter der Hinzufügungen in C gar nicht zu dem Charakter des ganzen Tagebuches passt. *Und das ist der Fall*. Die Berichte über die Sitzungen vom 19 und 22 April 1418 sind nämlich *wörtlich* den *officiellen* Akten entnommen, also nachträglich aus diesen zur Vervollständigung angefügt worden. Ein durchgreifender Unterschied zwischen diesen beiden Sitzungsberichten und allen früheren ist die vollere Titulatur für die

---

<sup>1)</sup> Vielleicht korrumpiert aus der mittelaltenlichen Schreibweise der arabischen Ziffern 1414. Später kommt vor X<sup>o</sup> für IIII<sup>o</sup>

Kardinäle : reverendissimus in Christo pater u. s. w. welche in dem gangen Tagebuch *nie* vorkommt. Es heisst dort entweder dominus cardinalis oder einfach cardinalis.

Schwieriger ist die Beurtheilung, ob nicht der oben wieder-gegebene Schlusspassus über das Konzil der Feder des Kardinals Fillastre seinen Ursprung verdankt. Der Parallelismus zur *origo Concilii Constantiensis*, die nach einer späteren Angabe <sup>1)</sup> wie ihrem Inhalt nach zu schliessen unzweifelhaft vom Kardinal herrührt, das sonst ganz unbekannte Faktum, dass einige Kardinäle gegen die Ernennung Johann XXIII. zum Kardinalbischof von Tusculum gewesen, <sup>2)</sup> die Erwähnung der Consistoria publica et privata macht die Verfasserschaft des Kardinals an sich wahrscheinlich. Möglich wäre sie auch wegen der Rückkehr des Kardinals zur Kurie zu Anfang Nov. 1419. <sup>3)</sup>

Am besten Auskunft würden die Handschriften geben, die Schelstrate nach seinen freilich nicht präcisen Angaben noch eingesehen hat. Leider habe ich dieselben bis jest nicht aufgefunden. Doch scheint mir soviel fest zustehen, die Hinzufügungen des Cod. C erschüttern die Annahme in keiner Weise, dass die Aufzeichnungen vom Kardinal Fillastre herrühren.

### III.

#### DIE WAHL MARTIN V. UND DIE BESTÄTIGUNG DES RÖMISCHEN KÖNIGS DURCH DEN NEUEN PAPST

##### NACH DEN AUFZEICHNUNGEN DES KARDINALS FILLASTRE.

Der Werth der besprochenen Tagebuchblätter ist ein sehr grosser. Wie bereits erwähnt, sind die ersten Notizen fast ganz

---

<sup>1)</sup> fol. 4 (B) Consequenter lecta est bulla convocationis concilii ꝑn supra in *prologo* (d. h. in der *origo*) scripta.

<sup>2)</sup> Licet aliqui contradicerent.

<sup>3)</sup> Vgl. Vat. Arch. Joh. XXIII. et Mart. Div. Bd. 603. Doch würden dann eine Reihe anderer Fragen entstehen.

von Verschiedenen veröffentlicht, ohne dass man den Charakter der Quelle erkannt hat. So basirten bisher schon die Darstellungen der sogenannten December- und Februaranträge zum guten Theil auf diesen Aufzeichnungen. <sup>1)</sup> Dagegen birgt dieselbe für die Streitigkeiten der Engländer mit den Franzosen, die Kämpfe Sigismunds mit den Kardinälen, für die Wahl Martin V. das Verhältniss zum König Alfons von Castilien, die Ankunft der griechischen Deputation in Konstanz u. s. w. reiches unbehobenes Material, das ich im Laufe dieses Jahres zu veröffentlichen gedenke.

Nachstehend gebe ich die Aufzeichnungen über die *Wahl Martin V.* und die *Bestätigung Sigismunds*. Durch sie wird die interessante Darstellung Lenz <sup>2)</sup> über die Wahl des ersten Papstes nach dem grossen Schisma, welche der letzte Geschichtsschreiber der Päpste <sup>3)</sup> als „die erste quellenmässige Darstellung“ dieses Konklaves bezeichnete, zum guten Theile erschüttert, grade wie es mit dem übrigen Inhalte des glänzend geschriebenen aber sehr stark auf Kombinationen aufgebauten Lenz' schen Werkes schon früher durch die Entdeckungen Caro's <sup>4)</sup> geschehen ist. Eine neue Darstellung wird dadurch unumgänglich nothwendig; denn mehr wie alle von Lenz geprüften Berichte und als die „*Relatio de p. Martini V. electione*“ verdient der Augenzeuge und Theilnehmer an der Wahlhandlung, der mit genauen Zahlenangaben aufwartet, Glauben.

Die zwischen Sigismund und Martin gewechselten Anerkennungs- und Bestätigungsdokumente wurden schon lange gesucht <sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> Das Material findet sich am vollständigsten bei Mansi l. c. 531-64.

<sup>2)</sup> König Sigismund und Heinrich V. non England 172-195.

<sup>3)</sup> Pastor, *Gesch. d. Päpste* 159. Der daselbst in Anm. 2. als ungedr. bezeichnete Brief Martin V an seinen Bruder über seine Wahl ist längst gedruckt in, Mansi Bd. XXVIII.

<sup>4)</sup> Verwerthet in seine Schrift: *Das Bündniss von Canterbury*.

<sup>2)</sup> Vergl. Quidde, die Wahl Kng. Sigismunds p. 35 und meine Notiz, *Hist. Jahrb.* VIII, 105.

Fol. 231). Die lune XI octobris <sup>1)</sup> et diebus sequentibus cardinales et naciones elegerunt deputatos, quelibet octo et cardinales octo, ad tractandum de modo electionis. Qui tandem convenerunt in domo predicatorum die jovis sequenti de mane, dicta prius missa de sancto spiritu per cardinalem sancti Marci. Quibus convenientibus fuit primo proposita via per cedulam oblata, que supra scribitur in mense junii vel maii. Super qua responderunt deputati nacionis Ytalice, quod illam cedulam nacio Ytalica acceptaverat et acceptabat. Ex parte nacionis Gallicane fuit responsum, quod alias illam acceptaverant, nisi melior offerretur; alii aliarum nacionum deliberaverunt et duravit deliberacio pluribus diebus.

Die jovis XIII octobris ex parte nacionis Germanice fuit, fol. 232, aperta alia via et alias <sup>2)</sup> quod cum essent XV cardinales Ytalici, illi essent pro sua nacione; cum essent VII Gallici assumerentur octo de nacione Gallicana et sic essent XV pro natione Gallicana; de Yspanica, in qua erat unus cardinalis, assumerentur XIII et sic essent XV. Et de Germanica et Anglicana nacionibus assumerentur de qualibet natione XV et essent in toto LXXV electores de quibus requirerentur due partes consencientes in unum papam.

Qui modus fuit plurimum reprobatus per cardinalem sancti Marci, primo quia excludit collegium cardinalium ut collegium, ad quos de jure pertinet electio et multi tenent, quod concilium sine papa non potest illa iura mutare multeque nationes non reputarent sic electum pro papa. Secundo quia per illum modum esset possibile facere papam sine consensu alicujus cardinalis, quia non sunt nisi XXIII; quo casu etiam non reciperetur pro papa et esset dubius.

Tercio quia illa via aperta est ad discordias in electione,

---

1) B und C ursprünglich IV. In B durchstrichen und XI gesetzt.

2) In beiden Hdschr. fehlt ein Wort.

quas jure plurimum vitare voluerunt. Saltem esset maxima difficultas, quia requiritur in illa via consensus quinquaginta personarum in unam personam. Super hoc disputatum fuit illa die.

Die dominica XVII octobris post meridiem Anglici responderunt dicentes, quod tres nationes habebant cardinales scilicet Ytalica XV, Gallica septem, Hispanica unum. Si daretur eis una persona de sua natione et Germanice nationi unum (!) de sua, que etiam non habet cardinalem, ultra numerum aliarum nationum secundum formam cedule cardinalium, ipsi illam cedulam acceptarent. Qui modus placuit pluribus deputatis.

Die lune sequenti cardinales et natio Ytalica et (f. 232) Anglicana responderunt de modo dato per Germanos, quod nullo modo acceptarent. Natio Yspanica stetit et distulit quatuor diebus, quod non respondit, licet prius — diu est — cedulam cardinalium acceptasset. Et sic multe difficultates et diversitates orte sunt.

Die jovis XXI octobris in deputatis pro modo electionis deputati nationis Yspanice, que quatuor diebus deliberavit, quibus nihil fuit actum, responderunt pro illa natione, quod acceptabant modum oblatum per cardinales in cedula suprascripta.

Eodem die in eisdem deputatis venerunt duo cardinales de obedientia Gregorii olim videlicet Bononiensis et Senensis, qui se diu separaverant in collegio cardinalium et quidam alii de illa obedientia cum eis et proposuerunt unum modum electionis, persupposita trium obedienciarum equalitate et illam nisi sunt multum probare. Quibus respondit cardinalis Ragusinus de eadem Gregorii obedientia et premisit quod (f. 233) protestacio dictorum duorum cardinalium, qua protestati fuerant, velle stare ordinationi concilii, prohibebat eum dicere: Dathan et Abiron, cur sollicitatis populum in effectu? Respondit quod non erat amplius trium obedienciarum differentia nec amplius poterat dici: Ego sum Pauli, ego sum Apollo (!), ego sum Cephe, sed omnes dicimus: Ego sum Christi et omnes unum sumus. Et plura circa hoc dicta sunt ab utraque parte et ita recessum est.

Die veneris XXII octobris in deputatis predictis deputati nacionis Gallicane proposuerunt viam sequentem secundum quam dicebant, modum oblatum per cardinales posse interpretari, videlicet quod esset in electione collegium cardinalium, cuius requireretur consensus duarum partium, ut est de jure, et quilibet natio deputaret sex. Et de quibuslibet deputatis singularum nacionum consentirent due partes scilicet quatuor de qualibet nacione, per quem modum dicebat (!) omnes naciones contentas et viam precludi factionibus.

Qui modus fuit impugnatus per cardinalem Pisanum et inter multa dictum, quod ille modus iniquus esset, quia per illum tres soli possent impedire totam electionem. Quoniam si tres deputati de una nacione dissentirent, ceteris omnibus consentientibus, non posset fieri electio. Secundo quia difficillimum erat tot partes diversarum nationum in unum consentire. Tercio quia esset magis dare viam factionibus, quia tres sufficerent ad totum impediendum et facile esset tres in tanto numero simul factionem inire presertim attenda diversitate nacionum et inimicicias (!) aliquarum.

Archiepiscopus Turonensis, presidens nacionis Gallicane, qui illam proposuerat et alii deputati illius nacionis moleste tulerunt responsionem cardinalis Pisani et aliqua reputavit (!) ad injuriam, que hic scripta (f. 233) non sunt, et aspere replicarunt, reputantes se injuriatos. Cardinalis sancti Marci recepit verba, rogans quod nullus moleste ferret alterius verba, quoniam et si aliquid aspere sonarent, non tamen dicta erant ex animo in injuriam aliqujus sed pro utilitate rei et quod videri poterat, illum modum apertum per Gallicos non esse equum dupliciter, quoniam et eligendo et electionem impediendo deputati cuiuslibet nacionis habebant tantam potestatem, quantam totum collegium cardinalium qui sunt XXIII et de qualibet nacione non essent nisi sex et ita tantum possent quatuor de nacionibus in eligendo, quantum sexdecim cardinales et tantum tres de nacionibus in impediendo quantum octo cardinales. Hiis disputatis recesserunt deputati in crastinum reversuri.



Die sabbati XXIII octobris in predictis deputatis modus datus ex parte nacionis Gallicane fuit acceptatus per deputatos nationis Germanice, eo maxime pretextu ultra rationes dictas per archiepiscopum Turonensem pridie, quod per modum datum per cardinales erat in potestate nacionis Ytalice habere papam Ytalicum. Probat, quia sunt XV cardinales Ytalici et essent quinque de illa nacione deputati et sic XX ergo de alia nacione quacunque non possent esse due partes, cum non essent in toto nisi XLVI (!). Sed hic est falacia, quia jungit cardinales cum deputatis nacionis Ytalice, quos debet dividere per formam cedule, cum cardinales pro se debeant facere duas partes et deputati nacionum duas. Fuit diu per plures super hoc disputatum et inter cetera dictum, quod cardinales debebant consentire, quo jus eorum secundum suam cedulam salvum remanebat.

f. 233) Cui fuit responsum, quod ymo ledebatur, quia per illam suam viam cardinales haberent mediam partem in electione, sed per hanc viam non haberent, nisi sextam et tantum posset quilibet nacio, scilicet sex de qualibet nacione, quantum omnes cardinales et in effectum electionis quatuor deputati, quantum sexdecim, ymo quantum omnes cardinales in eligendo et tres deputati, quantum octo cardinales in contradicendo. Post hec recessum est.

Die lune XXV octobris nichil factum est, nisi disputare, maxime utrum concilium potuit derogare juribus edictis super electione pape vel illa tollere propter quod dubium cardinales dudum obtulerant modum sepe dictum.

Die martis XXVI octobris deputati nacionis Hispanice responderunt quod adherebant vie date per Gallicos et approbate per Germanos et ita sunt tres naciones pro illa via.

Cardinales saltem major pars et preter admodum paucos multum contradicunt illi modo. Tamen quia videtur eis respectu eorum inique per rationes suprascriptas, um quia maxime difficilis ad concordiam electionis propter diversitates ymo adversitates nacionum. Nulla enim nacio preter Ytallicam (!) vellet Ytali-

cum. Et ista est precipua causa consensus aliarum nacionum. Gallici non vellent Anglicum propter inimicias regnorum neque Germanum propter inimicias regis Romanorum ad regem et regnum Francie pro rege Anglie. Neque Anglici Gallicum eadem racione, nullaque nacio vellet Germanum, Germani nollent Ytalicum, ut ostenderunt eligendo istum modum. Restat nacio Hyspanica et aliqui de nacione Gallicana, qui non sunt de regno Francie, scilicet Sabaudi et provinciales. Et ita ad excludendum unam nacionem quatuor excluduntur et restringitur multum libertas eligendi. Verum nacio Gallicana mota est (f. 234) ad istum modum, nedum propter prerogativam quam habet nacio ytalica in numero cardinalium, sed eciam propter suspiciones tractatum, qui fiebant occulte, et requisiciones consensus aliquorum pro episcopo Vintoniensi Anglico, ut suprascribitur. Timebant autem cardinales propter difficultates vix posse esse concordiam in conclavi. Ideo timebant plures intrare, maxime in hyeme et regione frigida et sine igne et verosimile est, quod diu sint inclusi propter discordias ex causis predictis.

Verum hiis difficultatibus non obstantibus *cardinales non respicientes ad iura sua neque propriis sensibus initi volentes sed totum negotium electionis deo commendantes et in illo spem ponentes* deliberaverunt illi vie consentire, si omnes naciones consentirent.

Die jovis XXVIII octobris inter deputatos pro hac electionis materia deputati nacionum Gallicane, Ytalice et Hyspanice atque collegii cardinalium ex parte suarum nacionum et collegii illi vie date per Gallicos in nomine domini consenserunt et ita per omnes naciones et collegium est concordata, unde illa camera in domo predicatorum, que est stupha major vocata, est edes concordie.

Et notandum, quod hiis diebus, quibus sic actum est de modo electionis, rex Romanorum *fuit absens de quo multi gaudebant.* (f. 236) Post illorum decretorum lectionem (in der Sitzung vom 30. October 1417) et respensionem placet per presidentem pro toto

concilio Cardinalis sancti Marci, qui decreta legerat, proposuit, quod cum vigore dicti decreti forme electionis electores debent certum prestare juramentum. Ita videbatur expedire, quod in singulis nacionibus singuli, qui dictos ex nacionibus adjungendos cardinalibus eligerent, simile respectu illorum mutatis mutandis prestare juramentum, quod naciones in eligendo servaverunt, ut creditur maxime Gallicana, quia omnes laudaverunt.

(f. 237) Item quod de qualibet nacione deputarentur duo et de cardinalibus duo qui convenirent eodem die et sequentibus diebus in domo predicatorum ad considerandum et perficiendum omnia necessaria pro conclavi et alias ante ingressum conclavis utpote pro custodibus et juramentis ab eis prestandis et aliis necessariis et ita convenerunt.

Erat autem conclavis locus magna valde domus communis civitatis sita super lacum et nulli domui contigua, in qua erant merces rerum omnium; habens tria magna atria inferius per terram quod remansit civibus plenum mercibus, medium et superius et illa duo fuerunt pro conclavi, in quibus facte sunt LVI celle. Erant enim LIII electores et tres servabantur pro absentibus.

Post hec quelibet natio et collegium cardinalium deputaverunt certos ad deliberandum et ordinandum, que ulterius agenda erant circa conclave et pertinencia ad materiam electionis et custodiam conclavis, qui sepe convenerunt in domo predicatorum in ede pacis predicta et ordinaverunt ea, que inferius describentur.

Die jovis quarto novembris et incipiente anno quarto concilii rex Romanorum reversus est Constantiam, cui duo cardinales Bononiensis et Senensis querelam fecerunt, quod nulli de obedientia Gregorii fuerant electi ad eligendum papam. Rex convocavit propter hoc tres cardinales et presidentes ac deputatos nacionum et hoc exposuit querens, quid illis responderet. Cui fuit per omnes responsum, quod sublata erat differentia obedienciarum et unicum ovile et quod quilibet suo arbitrio elegerat, ut placuerat

pluresque, ex illa obediencia fuerant nominati. Sed nullus (!) habuerunt majorem partem vocum. Debebant patientes sustinere. Nulla eis fiebat injuria neque injusticia.

f. 238) (Hiis diebus) ordinaverunt deputati predirsi quod una cum custodibus quibus de jure competit, committerentur aliqui nobiles legati regum ad concilium et alii ut in hoc reges, et legati sui honorarentur. Item magister Rodi cum vicecamerario, qui esse consuevit. Item aliqui prelati de qualibet nacione unus et pro cardinalibus duo. Et hoc fuit regi expositum, sed non placuit et dixit, quod ad eum pertinebat de jure et quod hoc solus facere volebat per se vel alium aut ex toto dimittere. Et super hoc fuit die sabbati VI novembris magna turbacio, quia rex turbabatur et illi de concilio nolebant dimittere illi soli. Fuit autem sibi dictum, quod illos nobiles ipse deputaret. Qui de nocte cogitavit et inductus bonis consiliis dominica VIII novembris congregatis deputatis mandavit, quod ita volebat facere sicut fuerat (f. 239) expositum et ita factum est.

(f. 244) Post decretorum lectionem cardinalis sancti Marci surrexit persuadens, quod durante conclavi fierent oraciones et processiones devote pro concordi et utili ecclesie electione pastoris, quod factum est qualibet die durante conclave per totum concilium et clerum civitatis et veniebant quolibet die ante locum conclavis cantantes: Veni creator, ita pie, ut plures in conclavi existentes audientes flebant nec poterant lacrimis continere. Pueri enim innocentes illius civitatis, ut solent, cum clero cantabant alta voce et pie resonabant voces illorum et clare ac plane audiebantur de conclavi.

Sequitur actio conclavis.

Die lune predicta VIII novembris domini cardinales et ceteri electores intraverunt conclave, paulo ante (f. 144.) solis occasum. Quod conclave erat majus, pulcrius et propicius ac celebrius, quam, ut arbitror umquam fuerit. Habebat enim LVI cellas, quarum tres pro absentibus servabantur, satis amplas, habente qualibet camerulam, retro lectum satis amplum. Sed erant in duobus atris

alto et basso sub eodem tecto et omnes celle decenter ornate. Multique ibi lecius et quietius steterunt, quam in propriis domibus.

Die martis IX novembris cardinales et adjuncti electores nichil aliud fecerunt nisi ordinare modum electionis et concluderunt per scrutinium et in scriptis videlicet, quod quilibet daret cedulas continentis vota sua et ponerentur in uno vase palam coram omnibus et postea omnibus datis publice legerentur et quilibet suam cedulam agnosceret, et quicumque vellet, scriberet vota et ita observatum est. Fuit etiam eodem die diu disputatum super dubiis, que possent emergere e tot electoribus et divisionibus in sex partes, ut supra in decreto modi electionis et maxime de dubio, si contingerit (!), duas partes requisitas concurrere in plures licet in <sup>1)</sup> libro caventur, quod neutra valeat electio et super hoc facta fuit quedam protestatio, limitans vota omnium in illum casum, quam non est opus hic ponere, quia non evenit casus.

Die mercurii de mane audita missa processum est ad scrutinium per cedulas ut est dictum, et quilibet posuit cedulas in magno vase aperte. Postquam omnes posuerunt, cardinales (!) Saluciarum, primus diaconus, illas de vase successive recipiens legit alta voce quamlibet pro se, et, qualibet lecta, petebat (f. 245) ab illo, cuius erat, utrum illa est sua, et respondit quilibet de sua, quod sic. Cum autem quelibet legeretur, plures usque ad numerum XII scribebant vota cujuslibet. Omnibus lectis, iterum unus de scribentibus vota legit scripta sua alta voce ad conferendum cum ceteris, ut nullus errasset in scribendo, et ita scripta omnia verificata sunt. Demum facta fuit collatio numeri ad numerum, quia nulla alia facienda est. Et per collationem nullus reperi- tus est habere duas partes requisitas, licet aliqui tres solum habe-

---

(1) B. Lücke, C etwas unleserliches hingekritzelt,

rent, duas unius nacionis, nullus tamen habuit duas partes cardinalium neque duarum nacionum. Et illo die nulla facta fuit accessio votorum, sed cedulae scrutiniis combuste fuerunt et post prandium non fuit processum in negotiis electionis.

Diversi diversimode vota sua emittebant. Aliqui allegabant causas alii non. Aliqui nominaverunt plures, alii unum solum. Et qui plures, diversas formas habuerunt, quidam enim sic: Ego talis nomino et eligo in Romanum et summum pontificem talem et in casu, quo non erit, nomino et eligo talem. Alii vero absolute sic: Ego talis nomino et eligo illum et illum et illum.

Publicato scrutinio apparuit quod erat inter ceteros quatuor <sup>1)</sup>. qui plures voces habebant, videlicet cardinalis Ostiensis, qui habebat XI voces cardinalium, tres de Gallia, quinque de Hispania et unum de Germania. Cardinalis Veneciarum, qui habebat decem voces cardinalium, duas de Ytalia tres de Gallia, unam de Hispania. Cardinalis Saluciarum, qui habebat XII cardinalium, duas de Ytalia tres de Gallia unam de Germania, quinque de Hispania. Cardinalis de Columpna, qui habebat octo Cardinalium, IIII Ytalie, unam Gallie, tres Germanie duas Hispanie, sex Anglie. Et ita habebat sufficientem duas naciones et habebat de omni natione quod nullus alius (!) habebat. Aliqui alii habebant octo (f. 245) cardinales.

Episcopus Gebennensis habuit plures voces et quidam alii plures.

Ex hiis ventum est ad accessiones. Et statim cardinalis Pisanus cum viginti voce accessit ad cardinalem de Columpna. Fuit dictum quod accessus debebant fieri in scriptis. Et ita factum est. Et facti sunt plures accessus ad diversos et lecte cedulae accessionum, ex quibus apparuit, quod ad cardinalem de Columpna accesserunt VII cardinales et ita habuit XV et accesserunt de singulis nationibus in numero sufficienti, ita quod habuit

---

<sup>1)</sup> beide Hdschr.

de singulis nacionibus (!) et de aliquibus plus et non restabat sibi ad papatum nisi vox unius cardinalis pluresque recesserunt. Res fuit aliquamdiu in suspenso et silencio. Cardinalis sancti Marci et de Fuxo presentes et qui nulli accesserant invicem loquebantur et timebant accedere. Verum attendentes tantum concursum vocum in unum et credentes, quod absentes, qui reverterentur accederent, deliberaverunt accedere et dicendo per organum cardinalis sancti Marci hec verba: Ad consumacionem hujus operis et unionis ecclesie accedimus nos duo ad dominum cardinalem de Columpna. Et ita dixit cardinalis de Fuxo. Quo dicto statim levatus est et positus in altari. Fiebant enim hec in cappella.

Hoc facto: Te deum laudamus cantabatur.

Est autem notandum, quod, dum fierent accessus, processio generalis concilii et cleri civitatis, in quo erant pueri innocentes civitatis fere II<sup>c</sup> in suppelliciis venit coram conclavi psallendo hymnum: Veni creator, qui audiebantur clare de conclavi. Et electores flexis genibus oraverunt et plures ad lacrimas sunt commoti plures (!) Post hec perfectus est accessus et electio ut prescribitur, celebrata. Et vocati sunt omnes, qui de loco recesserant, electoque stante super altare et electoribus sedentibus resumpta est electio (f. 246) omnesque et singuli tam cardinales quam alii singulariter singuli illum elegerunt et petito ab eo suo consensu humiliter consensit (!) Tunc omnes secundum suum ordinem venerunt ad oscula pedis et oris et ita per omnes receptus est in Romanum et summum pontificem et persuasum est sibi, pro honore sancti Martini vocaretur Martinus, quod voluit. Deinde descendit et fuit vestitus albis ac socularibus rubeis cum cruce et indutus (!) pluviali et mitra (!) et repositus in altari. Iam enim intraverat vicecamerarius introductus per fenestram, remota virga ferrea.

Statim post intravit rex Romanorum et magister Rodi et alii plures adoraturi papam. Familiares autem recolligebant superlectilem (!) et ligabant nichilque fuit ablatum, sed quilibet libere sua reportavit.

Erat fere una hora post meridiem et fine prandio preter paucos et ordinata est processio electorum ad ducendum papam ad ecclesiam cathedralem factusque est magnus concursus populorum; transivit processio in magna processura. Rex semper astitit pape.

Facta oracione et benedictione in ecclesia papa et ceteri iverunt ad prandium. Et ita finis illius diei, nisi quod papa post prandium mandavit aliquos cardinales et deliberavit, quid agendum.

Laudeter et benedicetur altissimus, qui dedit hec in pace fieri et ecclesiam sub uno capite constitui.

(f. 248) Die mercurii XIX januarii anno m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup> et concilli quarto papa fecit consistorium publicum, in quo pro parte domini Sigismundi, Romanorum regis, fuit petita approbacio electionis et persone sue in regem Romanorum et denunciacio ac nominacio illius in regem; rege tamen absente a consistorio, licet in civitate presente. Papa respondit, quod deliberaret cum fratribus suis cardinalibus et finito consistorio, omnibus aliis exclusis, papa habita deliberacione cum cardinalibus commisit duobus episcopis, duobus presbyteris, duobus dyaconis cardinalibus examinacionem electionis et persone.

Die sabbati sequenti XXII januarii papa tenuit consistorium secretum, in quo commissarii super electione (f. 249) dicti regis fecerunt pape et collegio cardinalium relacionem sue informacionis. Et quamquam multa viderentur obstare nec haberetur decretum electionis, fuit tamen conclusum, quod attento loco et aliis multis attentis fieret approbacio et confirmacio, sed dicerentur regi private defectus sui, maxime in regno Hungarie, in quo publice dicitur, quod plures ecclesias cathedrales et monasteria dedit laicis, qui illa tenent et aliquas ecclesias uni scismatico Greco. Et ita fuit sibi dictum, qui respondit, quod fieret informacio. Ipse volebat corrigi (!).

Die lune sequenti XXIII Januarii papa tenuit consistorium



generale in loco sessionis concilii in ecclesia Constanciensi, presente rege et sedente ad dexteris pape in cathedra parata, sine aliis regalibus insigniis et proposuit episcopus Curensis pro rege pulchram oracionem, concludens approbacionem persone regis et confirmacionem electionis ac nominacionem et denunciacionem in regem Romanorum, in imperatorem postea coronandum. Facta illa proposicione papa respondit et brevi oracione premissa approbavit, confirmavit, denunciavit et nominavit, ut in forma sequenti:

Electionem alias de te factam de fratrum nostrorum consilio ratam et gratam habentes ex certa sciencia roboramus ac eciam confirmamus, supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus, si qui forsitan intervenerunt in eadem, ac de ipsorum fratrum consilio te in regem Romanorum nominamus, denunciamus et declaramus, personam tuam dignam et bene meritam approbantes atque te habilem et sufficientem declaramus ad suscipiendam imperialis celsitudinis dignitatem decernentes unctionem consecracionem imperii que Romani coronam tibi per manus nostras debere concedi.

Post hec ablata est crux cum ligno sancte crucis super cathedram in conspectu pape. Rex cum genibus flexis coram cruce, tenensque manum dextram super crucem prestitit juramentum, quod scriptum erat coram eo, quod ipse legit et juravit. Forma autem juramenti est capitulum <sup>1)</sup> (f. 949): Tibi domino LXIII di. in decretis. Cujus tenor sequitur,

Tibi domino Martino pape V<sup>to</sup>. ego rex Sigismundus promitto et juro per patrem et filium et spiritum sanctum et per hoc lignum vivifice crucis et per has reliquias sanctorum patrum, quod si

---

1) Capitulum fehlt B.

permittente deo Romam venero sanctam Romanam ecclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse et nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem amittes mea voluntate aut meo consensu aut meo consilio aut mea exortacione perdes et in Roma nullum placitum aut ordinacionem faciam de omnibus, que ad te aut ad Romanos pertinent sine tuo consilio. Et quidquid ad terram sancti Petri ad nostram potestatem pertinet tibi reddam. Cuicumque regnum Ytalie commiserit, jurare faciam illum, ut adjutor tui sit ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse.

## NACHTRAG.

Dieser Tage übersandte mir Hr. Dr. Erler seine Schrift: « Die historischen Schiften Dietrichs von Nieheim ». Uns interessiren hier zwei Punkte. Er schreibt die *Invektive* (s. p. 46) Dietrich zu und erkennt (*de necessitate* (s. p. 56) ihm ab, letzteres ohne die von mir aufgefundenene Handschrift zu kennen, ersteres ohne weitere Begründung, welche wahrscheinlich später folgen soll.

---